



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacrosancti Et Oecumenici Concilii Tridentini, Pavlo III.
Ivlio III. Et Pio IV. Pont. Max. celebrati, Canones Et
Decreta**

Tridentinum <1545-1563, Trient>

Coloniae, 1615

Sessio XX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42415

SESSIO XX.

QVAE EST QUARTA,
SVB PIO IV. PONT. MAX.
CELEBRATA DIE IV.
IVN. M. D. LXII.

Decretum prorogationis Sessionis.

Sacrosancta œcumenica, & generalis Tri-
dentina Synodus, in Spiritu sancto legi-
timè congregata, præsentibus in ea eisdem
Apostolicæ Sedis Legatis, propter varias dif-
ficultates, ex diuersis causis exortas, atque et-
iam vt congruentius, maiorique cum delibera-
tione omnia procedant, nempe vt dogmata
cum ijs, que ad reformationem spectant, simul
tractentur, & sanciantur: ea, que statuenda vi-
debuntur tam de reformatione, quam de dog-
matibus, in proxima Sessione, quam omnibus
indicit in diem sextam decimam subsequenti-
s mensis Iulij, definienda esse decreuit: Hoc ta-
men adiecto, quod dictum terminum ipsa sancta
Synodus pro eius arbitrio, & voluntate, sicuti
rebus Concilij putauerit expedire, etiam in
generali Congregatione restringere,
& prorogare liberè possit,
& valeat.